





CÆREMONIALI
EPISCOPORUM



BX1971

.A2

1853

c.1



1080042712



64 H 6 # 90

DOCTOR JOSEPH ...
BEECHER

264

CÆREMONIALE

EPISCOPORUM.

~~260~~


CÆREMONIALE

EPISCOPORUM,

BENEDICTI PAPÆ XIV

JUSSU EDITUM ET AUCTUM.

EDITIO PRIMA MECHLINIENSIS, SUMMA DILIGENTIA RECOGNITA ET EMENDATA.



MECHLINÆ.

EDIDIT P. J. HANICQ, SUMMI PONTIFICIS, S. CONGREGAT. DE PROPAGANDA FIDE
ET ARCHIEP. MECHL. TYPOGRAPHUS.

MDCCCLIII.

SUPERIORUM FACULTATE.

38301



MISERATIONE DIVINA TITULI S. BARTHOLOMÆI IN INSULA S. R. E. PRESBYTER
CARDINALIS STERCKX, ARCHIEPISCOPUS MECHLINIENSIS, PRIMAS BELGII, ETC.

Hanc novam editionem Cæremonialis Episcoporum,
a Sacerdote Diœcesis nostræ cum optimis et recentio-
ribus editionibus romanis diligenter collatam, imprimi
permittimus.

Datum Mechliniæ die nona mensis Maji anni 1855.

CARD. ARCH. MECHL.



ENGELBERTUS,

MISERATIONE DIVINA TITULI S. BARTHOLOMÆI IN INSULA S. R. E. PRESBYTER
CARDINALIS STERCKX, ARCHIEPISCOPUS MECHLINIENSIS, PRIMAS BELGII, ETC.

Hanc novam editionem Cæremonialis Episcoporum,
a Sacerdote Diœcesis nostræ cum optimis et recentio-
ribus editionibus romanis diligenter collatam, imprimi
permittimus.

Datum Mechliniæ die nona mensis Maji anni 1855.

ENGELBERTUS CARD. ARCH. MECHL.

BENEDICTI XIV. PONT. MAX.

LITTERÆ APOSTOLICÆ

In forma Brevis, de nova Ritualis, Cæremonialis Episcoporum, necnon et Romani Pontificalis editione, in quibus ad verbum exscribuntur ea, quæ CÆREMONIALE EPISCOPORUM spectant.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quam ardenti studio, incredibili sollicitudine, assidua cura, et indefesso diuturnoque labore, adhibitis etiam, accitisque undequaque viris in sacra doctrina disciplinaque ecclesiastica versatis, æque ac de rerum liturgicarum peritia meritissimis, sedulam operam navaverint, atque contenderint prædecessores nostri Romani Pontifices, ut Rituale Romanum, Cæremoniale Venerabilium Fratrum Episcoporum, et Pontificale Romanum, sive emendatis erroribus, sive correctis inordinationibus, sive ablatis inutilibus, sive restitutis necessariis, ad eam tandem formam, normamque, juxta quam de præsentis usui sunt, maximo cum omnium virorum ecclesiasticorum commodo, et utilitate redigerentur; præstat in primis intelligere ex ipsis præsertim apostolicis in simili forma Brevis litteris eorumdem prædecessorum nostrorum, qui post sanctum Pium Papam V, felices recordationis, Clemens VIII, Innocentius X, Paulus V, Urbanus VIII et Benedictus XIII ad gravissimum, dignissimumque hujusmodi opus omnibus numeris absolvendum sese pro viribus addiderunt.